



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXIII. Romana vineæ. An concessio importet locationem, vel
emphyteusim, & quatenùs importet hanc secundam, An, & quando ea
censeatur hæreditaria. Et aliqua de caducitate ob alienationem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

Juris Consultus apud me semper recol. memorie *An-*
dofilia illorum Decanus, hæc benevolè discurrendo,
 diceret nullam dari ex hac parte auctoritatem id fir-
 mantem, Replicabam tamen, quod reis & possessori-
 bus, retorquendo considerationem, sufficit, nullam
 dari auctoritatem ex parte Capituli actoris, cuius
 onus est sua petitionis, vel intentionis fundamentum
 probare, atque auctoritatem defectum provenire ex
 carentia dubitationis, quod scilicet tanquam de casu
 indubitate nemo dubitaverit.

Adducebatur pro hoc assumpto probando argu-
 mentum exclusionis fisci successoris in bonis vacanti-
 bus, quoties nullus legitimus hæres adest, quia po-
 tius ad dominum, quam ad fiscum emphyteusi præ-
 fertim ecclesiastica devolvitur, unde idem dicebatur
 censendum esse, ubi hæres adest, sed hæreditatem re-
 pudiat, quia idem est, successorem non adest, vel ad-
 este, & nolle hæreditatem, eodem modo, quo in jure
 dicimus idem esse decedere ob sine testamento, ac
 decedere cum testamento, ex quo nullus adest, cum si-
 milibus.

Tunc replicabam argumentum non procedere,
 10 quia ubi agitur de emphyteusi hæreditaria ad quo-
 cumque transitoria, magis communis & recepta esse
 viderit, ut etiam ad fiscum transeat ex deductis per Ful-
 gineum tit. de success. q. 4. & per Rot. in Farzen. bonorum
 19. Junii 1647. coram Roias inter eius imprimis. decis. 339.
& latius in eadem 27. Decembri 1648. coram Cerro dec.
 261. nu. 9. & seqq. par. 10. recent.

Verum occasione maturius hunc punctum ex-
 minandi in *Tusculana bonorum vacantium*, de qua sub-
 tit. de feud. disc. 72. agnovi responcionem non esse tu-
 tam, quoniam auctoritates prædictæ & alii ibidem
 cumulatae rectè procedunt in fisci successione per
 confiscationem delinquentis, legitimos successors
 aliæ habentis, secùs autem ubi agitur de successione
 fisci per omnimodum defectum successoris, tanquam
 in bonis vacantibus, quia cum tunc requiratur bona
 omnino vacare, atque in nullius dominio esse, proba-
 bilius est, bona emphyteutica seu alias reddititia, po-
 tius ad dominum directum devolvi, quam ad fiscum
 transire, ut in dicta *Tusculana*.

Solida tamen remanebat altera responso, quod
 non essemus in casu, quia filio seu altero proximiori
 repudiante, alter quamvis remotiori in gradu succe-
 ssibili ut (suprà) supponi potera; Et clarius, quia isto
 etiam cessante, sive succederet fiscus, sive ipse domi-
 nus, nil intererat ad effectum controversum, in eo
 consistente, ut qui fiscum vult vincere in succeden-
 do subjaceat eidem oneri, cui ipse fiscus subjaceret,
 11 solvendi scilicet debita morientis, pro quibus bono-
 rum valor non sufficiebat, unde inanis remanebat
 quæstionis effectus, in eo consistens, an dominus direc-
 tus prætendere posset eam sp̄ciem devolutionis, per
 quam omnino resoluto jure emphyteuti, resolueren-
 tur etiam hypothecæ, aliaque onera & iura habenti-
 um ab eo causam juxta regulam text. *in lex vestigali*
ff. de pignor. Hoc enim, nullo prorsus jure, vel ratione
 fundari dicebam, quia esset privare creditores jure le-
 gitime quæsito super bonis, quæ validè hypothecari
 potuerunt, Unde quemadmodum factò etiam causa
 devolutionis feudi, vel emphyteusi per lineam fini-
 tam, durat jus illorum creditorum, quibus legitimè &
 cum assensu domini liberè, & fine aliquæ restrictione
 præstito quæstum fuit, ita fortius in præsenti, ideo-
 que dicebam casum videri exiù omnem controver-
 siam.

Minoris subsistentiæ videbatur alterum devolu-
 tionis caput ex transitu ad manus mortuas, cum hu-
 12 jusmodi conclusio procedat in Ecclesiis & locis de sui
 Card. de Luc. de Emphyteusi pars II.

natura perpetuis nunquam morientibus, ac mundo
 durante duraturis, alienationis etiam prohibitionem
 habentibus, cum ita spes devolutionis, ac laudemio-
 rum in casu devolutionis desperata remaneat, quæ est
 potissima ratio hujus legalis prohibitionis, non appli-
 cabilis proinde fideicommisso, in una, vel pluribus li-
 nes ordinato, cum juxta humanarum rerum contingentiam,
 etiam ad paucos annos, vel mensis, copiofari-
 rum generationum finem quotidie experiamur, atque
 alijs inepta & impracticabilis remanet conclusio
 quam tamen communem & receptam habemus, ut
 in bonis emphyteuticis, vel feudalibus præterea hæ-
 reditariis, primogenitura, & fideicommissa ordinari
 valeant, ex deductis per Fusar. quæs. 630. n. 4. cum
 seqq. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 11. nu. 20. Giurb. de
 success. feud. §. 2. gls. 3. nu. 46. & habetur in Mantuana
 fendi disc. 10. ac in aliis sub tit. de fendif. Incertum tamen
 est, quid inde sequitur sit, & cum quo temperamento
 iste casus finem habuerit, dum amplius de negotio
 actum non audiri.

ROMANA VINEÆ.

P R O

ANNA MARIA COLUMNA.

C U M

MONASTERIO SANCTÆ CRUCIS

IN HIERUSALEM.

Causa decisus per Rotam pro Monasterio.

An concessio importet locationem, vel emphyteusim, & quatenus importet hanc se-
 cundam, An, & quando ea censeatur hæ-
 reditaria. Et aliqua de caducitate ob alic-
 nationem irrequisito Domino.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa controversie.*
- 2 *Ex quibus contractus dicatur emphyensis, &*
non locationis.
- 3 *Emphyensis Ecclesiastica non est transitoria ad extra-*
neos.
- 4 *Et quid in propositione operetur clausula ad habendum?*
- 5 *Alienatio facta reservato Beneplacito an canset cadu-*
ciam.
- 6 *Acaduciatate causa probabilitate opinata licet insuffi-*
sient excusat.
- 7 *Indubio potius locatio quam emphyensis presumi-*
tur.
- 8 *Ex quantitate pensionis distinguuntur locatio ab emphy-*
eusi.
- 9 *Pactum caducitatibus non solutam pensionem conve-*
nit etiam locationi.
- 10 *An solitus laudem probet emphyteusim.*
- 11 *Explicatur quando clausula ad habendum sit opera-*
tiva nec ne.
- 12 *De argumentis facientibus emphyensis heredita-*
riam.

DISC. XXXIII.



X duabus censuit Rota *dīs 2. Maii 1661. coram Cerro*, factum esse causam devolutionis vineæ controversæ ad favorem Monasterii Sanctæ Crucis, Primo nemp̄ ob alienationem irrequisito domino juxta terminos generales, *text. in l. finali Cod. de jur. emphyt.* & cap. potuit extrā locati. Et secundò ex capite linea finit, non obstante quod ex parte Columnæ posseditricis duo prætenderentur, utrumque devolutionis caput excludentia. Primo nemp̄ quod non de emphyteusi, sed de perpetua locatione ageretur, Et secundò, quod ubi esset emphyteusi, illa erat mēre hereditaria, ad quoscumque extraneos transitoria, tum ob clausulam *ad habendum*, tum ex verbo *in perpetuum*.

Ad priuam enim responderet decisio defuper edita, quod licet verba contractus essent æquivoca, ad utrumque titulum referribilia, dum partes promiscue verbo *locationis* & verbo *emphyteusi* utuntur, duo tamen concurrebant, emphyteusim potius suadentia, Primo nemp̄, quod in casu non solutionis canonis seu responsonis per triennium, locus esset caducitatis, quod emphyteusi, non autem locationi convenit, alle-gando dec. Seraph. 286. num. 13. Et secundò ob solutiones laudem, cum hoc emphyteusi, non autem locationi convenit allegando *Cap. Latr. consuleat. 18. num. 12. Buratt. dec. 60. 1. num. 5. dec. 14. num. 46. & 47. & 128. num. 1. par. 6. rec. Romana Devolutionis vineæ 14. Maii 1646. coram Melio*, & *Romana devolutionis domus 4. Septembri 1651. coram Bichio*, ubi in specie respondet ad decisionem 334. Buratti, firmantem ex quantitate pensionis correspondens fructibus censendam esse locationem, quod scilicet procedat, quando ista circumstantia univocè, ac emphyteusi tantum, non autem locationi convenientes non concurredunt, prout in eo casu non concurrebant.

Ad aliud verò fundamentum prædictum dicitur, in emphyteusi Ecclesiastica receptam regulam esse, illam censeri pro solis hæredibus sanguinis, clausulam verò *ad habendum*, ac alteram *in perpetuum*, intelligentias esse juxta rei naturam, ac durante investitura, ita ut non extendant contrarium ultra personas comprehensas, præsertim cum clausula *ad habendum* non esset extensa, sed cæterata, inhærendo decisionibus, quæ in hac materia magistrates reputari solent in *Castiglione bonorum terita Decembri 1646. & 10. Iunii 1648. coram eodem Cerro*, quarum prima est impressa dec. 427. par. 9. recent. & altera dec. 209. par. 10. & cum quibus processum est in dicta Romana devolutionis domus 4. Decembri 1651. coram Bichio, & in aliis.

Et multò magis, ubi non solum clausula *ad habendum*, non est extensa, sed modificata est ab illis verbis, *Prout de similibus fieri solet*, Tunc enim emphyteusis naturam nullatenus alterat, quamvis esset latissimè extensa, quoniam alienandi facultas intelligitur, vel inter personas comprehensas proximitatis ordine non servato, vel pro tempore durantis investiture juxta decisiones 798. & 1290. Seraph. dec. 86. num. 18. & 310. num. 18 & 19. par. 5. recent. dec. 35. num. 4. & 5. post Sal-gad. in labyrinth. Romana devolutionis domus 5. Maii 1660. coram Melio & in aliis.

Adversus hanc decisionem, concessa juxta stylum nova audiencia, in istius disputatione ad defensionem posseditricis assumpitus, Quatenus pertinet ad primum caput devolutionis ex capite alienationis, dicebam, etiam cum sensu veritatis, quod admissa adhuc

emphyteutica qualitate, ita ut intraret prohibito, de qua in d. finali Cod. de jur. emphyt. Nihilominus declatio subsistere non poterat, Tum quia unica alienatio, de qua docebatur continebat expressam reservacionem beneplaciti domini directi sub clausula, & non alias, per quam cessante voluntate alias non contrahendi actus haberetur pro infecto, ideoque caducitatem non cauſat juxta opinionem, quam magis communem, veram, & receptam eadem Rota sepe professa est, præsertim apud Merlin. dec. 871. num. 7. apud Othob. dec. 13. num. 7. cum seq. in *Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. & 7. Maii 1647. coram Corrado*, & in aliis, in quibus habetur, quod ubi etiam in emphyteusi laicali regulanda cum rigorofis terminis juris civilis aliqua subesse posset difficultas, illa cessat in emphyteusi Ecclesiastica de canonica æquitate, cuius Ecclesia cultrix esse debet, ubi præsertim non adest culpa inexcusabilis redolens positivam contraventionem, ut ponderatur in *Romana devolutionis pro Monasterio Sanctæ Agathæ* hoc tit.

Potissimum, ubi ex alienationis actu, jus domini effetur non est deterius, quia nemp̄ bona translata non sinit, vel in potentiores, vel in omnino impotentiores, sed in personam æqualis conditionis, ita ut nil interfici, rem penes unum, vel alterum esse, dum dominium non controvertitur, neque debiti laudem solutio denegatur, aliaque non concurrunt circumstantiae, de quibus in proximè allegatis causis, ubi videntur.

Tum etiam quia, vel probabilius videbatur contra quod potius locationis, quam emphyteusis censeri debere, Vel saltem negari non posse, id cum aliqua probabilitate credi, seu prætendi potuisse, quod certè sufficit, ut alienans credendo licet actum facere potuisse, excusetur à caducitatis pena, à qua qualibet causa quamvis injusta probabilitate opinata excusat Cavaler. dec. 81. num. 4. & 5. dec. 393. num. 5. par. 6. recent. & in specie casus dubii Merlin. dicta decif. 871. num. 9. bene in aliis terminis Rota decif. 160. par. 4. recent. quam in his terminis emphyteutis applicat Fulgin. de emphyteusis de alienatione par. 2. num. 32. limitatione 51. & ponderatur ita distinguendo in dicta Romana devolutionis pro Monasterio Sanctæ Agathæ.

Quod autem justè possessor qui alienavit, opinari potuerit, contra quod sonare magis in locationem, observabam rectè deduci, Tum quia in contractu partes promiscue utuntur utroque termino, unde redditur casus dubius, in quo pro locatione magis stat præsumptio, ut dec. 14. & 110. par. 6. rec. quarum una est eadem apud Merlin. dicta decif. 345. Tum ex eo, quod pensio non erat modica in dominii recognitionem, sed magna correspondens fructibus quod sole, esse magnum locationis argumentum, ut apud Buratt. dec. 334. & hoc tit. satis frequenter, Ea praeterea circumstantia accedente, quod in investitura continetur patrum, ut in calu peremptionis partis ejusdem vineæ ob publicas munitiones, utimebatur, pensionis diminutio pro rata fieri deberet, quod juxta opinionem, quam eadem Rota sequi profitetur est optimum & clarum argumentum probandi magis locationem, quam emphyteusis ex latè deductis apud Buratt. dicta decif. 334. in Romana prætensa devolutionis Palati 18. Iunii 1657. & 7. Iunii 1658. coram Albergato in Romana causa media via 15. Maii 1662. coram Bevilaqua;

Et clarius ex translatione omnium iurium in concessionarium, nullo concedenti reservato, præterquam in expressis, quod repugnare videtur emphyteusi, & bene convenit locationi, ut in specie ponderatur in dicta Romana prætensa devolu-

devolutionis Palatii coram Albergato, ubi concordan-
tes.

Contra verò admicula de facili tolli insinua-
bam, Primum enim de caducitate à suo jure, ob non
solitam pensionem, nullam, implicantiam continet
cum contractu locationis, cui potius est connaturale,
ut conductor ob non solitam pensionem expelli pos-
sit, & ab ejus iure cadat ad communiter notata in l. a.
de Cod. locati Greg. decif. 68. n. 5. Alterum verò soluti-
onis laudemii admittebam esse forte, ac magni pon-
deris, quoties huiusmodi actus gesti essent de tempo-
re proximo concessioni, vel per alios velesimilete de
partium voluntate informatos, ita ut illam ita inter-
pretati sint, sive ubi similium actum frequentia con-
curreret, cum quo tempore istud admiculum
admittebam satis forte & concludens, non curato
contrario resultante aquanitatem pensionis correspon-
denti fructibus, cum hoc non multum forte, sed &
quivocum esset utpote emphyteusi etiam congruum,
ut deducatur habeatur in *Romana Casalis media via*,
disc. 30. & in aliis hoc tis. Cum enim in propria facta
specie, unica tantum accederet solutio laudemii facta
per successorem non informatum post annos 100. &
ultra, nullam exinde dicebam reultare posse interpre-
tationem huiusmodi voluntatis, qua unice solventi
cognita esse non poterat, unde receptam habemus
propositionem, observantiam remotam & ultra
quadraginta annos pro interpretatione voluntatis
non suffragari,

Quatenus vero pertinet ad alterum punctum, an
seilicet posito, quod esset emphyteusi, censenda po-
tius veniret mete hereditaria; Conclusio in allegatis
II decisionibus praesertim in *Cajetana bonorum coram*
Cerro. dec. 427. p. 9. & 209. par. 10. rec. quod scilicet
clausula ad habendum & equipollentes de sui natura
importantes alienabilitatem & transitum ad extra-
neos, non alterum concessionis naturam sed intrà ejus
limites huiusmodi operationem faciant, verissima est,
quoties concessionis dispositiva, certi generis restri-
ctionem, seu expressam prohibitionem continet, &
tunc clausula ad habendum, & equipollentes, iuxta
dictum intellectum, contra eum regularem naturam
capiendae sint, ob rationem incompatibilitatis, ac vi-
tandæ contradictionis, vel lubitanæ correctionis,
atque haec est vera & unica ratio, in qua huiusmodi
conclusio firmatur tali casu verissima; Secùs autem ubi
agitur de simplici concessione nullam restrictionem
vel prohibitionem habente, ita ut dicta incompati-
bilitatis vel contradictionis & correctionis ratio non
obstet, tunc enim nil impedit videtur dictis clausulis
suam consuetam & connaturalem operationem. Cum
aliud non obstat nisi regularis natura emphyteusi
ecclesiastica, quæ simplicem iuris præsumptionem
etiam levem inducit huiusmodi efficacioribus ex-
cludendam, cum non implicet emphyteusum esse ec-
clesiasticum, & merè hereditariam ad quosecumque
transitoriam ex copioso deducitis per *Adden. ad decif.*
26. par. 3; rec. in dicta *Romana devolutionis Palatii*, co-
ram Albergato, & non semel in praecedentibus &
ad hanc tis.

Clarissima ubi non agitur de huiusmodi clausulis, sim-
pliciter in executivis adiectis, & de quibus dubitari
vaneat quod ex notariorum stylo, præter intentionem
partium adiecta sint, sed alia etiam verba & circum-
stantiae concurrent, in idem tendentia, ut in praesenti-
tum ex stipulatione facta pro se &c. quæ clausula ca-
terata iuxta opinionem in Rota receptam importat
stipulationem pro hereditibus & successoribus qui
buscumque; Tum ex translatione quorūcumque
iurium, nullo concedenti reservato, nisi in expressis,

quod est maximi ponderis, Tum demum & fortius ex
illis verbis ad veram & nudam proprietatem perpe-
tuamque hereditatem, per quæ utpote clarissima, di-
cebam casum remanere, indubitateum, cuiuscumque
glossa & interpretationis incapacem ad tex. in l. ille aut
illeff. delegat. 3. multò magis omnibus prædictis insi-
mul ponderatis.

Proposita causa sub die 16. Junii 1662. dilara fuit re-
solutio, quod juxta stylata arguit ex præmissis fuisse de
dicta decisionis viribus satis dubitatum, & revisio
pendet, nisi concordia controversiam terminaverit,
vel causæ defensores mutati sint, cum amplius de ea-
sa actum non audierim.

ROMANA DOMVS

DE JACOBILLIS

P R O

J A C O B I L L I S .

C V M

M O N T I S T I S .

Casus disputatus in Congregatione Montium.

An concessio importet locationem vel em-
phyteusim, & quando haec sit hereditaria
& alienabilis stante clausula ad habendum.

S U M M A R I U M .

- C**asus controversia, qualis presumatur contra-
dictio, an scilicet censeatur emphyteusis, locatio,
vel census.
- 2 Substantia veritatis, ac voluntatis partium potius ad
hoc attendenda, quam figura verborum.
 - 3 De argumentis locationis potius quam emphyteusis.
 - 4 In dubio potius locatio vel census, quam emphyteusis.
 - 5 De argumentis emphyteusis potius quam locationis.

DISC. XXXIV.



REQUENTIORES disputationes quæ in hac materia emphyteu-
tica loquantur in Curia haberi, conser-
vant in hoc puncto concerniente
naturam contractus, an scilicet
importent emphyteusim, vel per-
petuum locationem, seu census reservativum, tam
ad effectum caducitatis in casu non facta solutionis
canonum, seu alienationis absque licentia, intrantis in
emphyteusi, non autem in locatione vel census, nisi pa-
cta alia suadeant, quam ad effectum solutionis lau-
demiorum, ac frequentius alterum (in concessione
praesertim ecclesiastica) devolutionis ob lineam
finitam, cum regulariter, nisi facti circumstantiae ali-
ter disponant, concessio bonorum ecclesiæ titulo em-
phyteusis intelligatur ad solos heredes sanguinis
restricta, illa verò in titulum locationis sit regulari-
ter & de sui natura merè hereditaria ad quo cumq;
transitoria, ut sepius in praecedentibus & sequenti-